

4794 cippus marmoreus. Magliani in ecclesia cathedrali divi Liberati in pede altaris PIGH. Ibidem prope parietem latere sinistro STEVENSON.

DEIS MANIBVS
M · FVLVII M · L ·
LEITI
ARAM · PECVNIA · SVA
5 DECVRIONES · DOMVVS sic
PATRONI · EIVS

Recognovit Stevenson. Pighius apud Grut. 1151, 4 (cf. n. 4800); Sperandio Sab. p. 288 (inde Guattani *mon. Sab.* 2, 62); Marocco 1, 60 ed. 1828, 1, 112 ed. 1833; Tomassetti ms. Henzen 7357.

Versus non recte divisit Pighius. — Cf. n. 4776.

4795 origine fortasse urbana. Est Monte Calvi in villa Camuccini.

OSSA · P · LICINI · PRIMI
GEMMARI

Guardabassius ectypum misit.

4796 in Maliano [= Magliano] de Sabinis ALC. SIED. FABR.; in ecclesia maiore addit ALCIATVS. Frustra quaesivit STEVENSON. Sine loco WAELSCAPPLE.

D · M
IS · CVIVS · PER · CAPITA · VERSORVM · NOMEN · DECLARATVR
FECIT · SE · VIBVS · SIBI · ET · SVIS · OMNIBVS
LIBERTIS · LIBERTABVSQVE · POSTERISQVE · EORVM
5 LIBER NVNC CVRIS FVERIM QVI RESPICE LECTOR
NOTVS IN VRBE SACRA VENDENDA PELLE CAPRINA
EXHIBVI MERCES POPVLARIBVS VSIBVS APTAS
RARA FIDES CVIVS LAVDATA EST SEMPER VBIQVE
VITA VEATA FVIT STRVXI MIHI MARMORA TECTI
10 SECVRE SOLVI SEMPER FISCALIA MANCEPS
IN CVNCTIS SIMPLEX CONTRACTIBVS OMNIBVS AEQVVS
VT POTVI NEC NON SVBVENI SAEPE PETENTI
SEMPER HONORIFICVS SEMPER COMMVNIS AMICIS
MAIOR ADHUC HIC LAVDIS HONOR POTIOR QVOQVE CVNCTIS
15 IPSE MEIS QVOD CONSTITVI TVTAMINA MEMBRIS
TALIAQVE FECI NON TAM MIHI PROVIDVS VNI
HEREDVM QVOQVE CVRA FVIT TENET OMNIA SECVM
RE PROPRIA QVICVMQVE IACET ME FAMA LOQVETVR
EXEMPLVM LAVDIS VIXI DVM VITA MANEBAT
20 SOLLICITVS MVLTI REQUIEM FECI QVOQVE MVLTI
L · NERSIVS · MITHRES

Quinque exemplaria habui Siederianum (cod. Mut. VI. F. 28) f. 64'; Alciati cod. Feae f. 127'; Waelscaplianum f. 155; schedarum Peniae apud Fabrettium 634, 290; codicis Perottiani non plene relatum apud Burmannum anth. Lat. 4, 322. Proficisci omnia ex eodem primario probabile est, item schedas Peniae esse ipsas Alciatinas; praeterea quomodo inter se affinia sint, nescio. Habet item Meyer anth. n. 1412.

Versuum ordinem ante carmen exemplaria non observant. — 2 DECLARETVR Alc. — 3 VIVVS Waelsc. — 4 LIBERTABVSQVE Sied. Waelsc., LIBERTABVS Alc. Fabr. — 5 FVERAM Waelsc. — 6 VENDENDI Waelsc. — 8 EST om. Per. — 9 VEATA·FVIT] VERITA·FECIT Waelsc. — TECTI Buecheler, FECIT libri. — 10 SECVRA Per. — SOLVI Sied. Waelsc. Per., SOLVS Alc. Fabr. — 11 CVNCTIS Alc. — CONTRACTIS Sied., CONTRACTVS Per. — 12 SEPE Sied. — 14 ADHUC·HIC Buecheler, ADHIC Sied., ADHIS Waelsc., ADHIC·STAT Alc. emendans, ADHUC STAT Fabr. item emendans. — 15 TVTAMINA Sied. Waelsc. Per., TVMVLAMINA Alc. Fabr. — 16 QVE Waelsc. probante Buechelero, QVI reliqui libri. — FECI·NON] FECERIM Waelsc. — 18 REM PROPRIAM Sied. — IACET Sied., FACIT Alc. Waelsc. Fabr. — 20 SOLICITVS Alc. Fabr. — 21 om. Sied. — MERSIVS Per. — MITHERES Alc. Per.

4797 in episcopatu Sabinensi SMET. (ms.); Sabinae in monasterio IDEM (ed.).

D · SEGVLIVS
ALEXSA · AVRVPFEX

Smetius cod. Neap. f. 221, ed. (ubi Pighius auctor laudatur) 96, 6. Inde Panvinius cod. Vat. 6035 f. 137'; Manutius orth. 93, 3; Ligorius Taur. 15; Grut. 639, 1. Est in vol. I n. 1310.

2 ALEXSA Smet. (ed.), ALEXA Smet. (cod.)

4798 rep. et adservata cum ea quae sequitur.

C · ABIDIO · T · F · STE
L · ABIDIO · T · F · STE
DAMA · L

Guardabassius descripsit.

4799 rep. ad S. Mariae delle murelle, est Monte Calvi in villa Camuccini.

L · ABIDIVS · L · L · DAMA
V · ABIDIA · L · L · SALVIA
ABIDIA · POLLA · VIX · A · XXV
ABIDIA · BASSA · VIX · A · XVII
5 ABIDIA · TERIA · VIX · A · XV sic

Guardabassius descripsit et misit ectypum v. 5.

ad n. 4677 a. Ed. Sordini in ephemeride Spoletina *la nuova Umbria* 3 Iul. 1881, legens 2 DOMITIN.

ad n. 4681. Naudaeus apud Donium in schedis Gorianis (Maruc. A. 188) f. 18 collocat Reate in domo Caesarinorum, legens 2 SP.]P — 5 XXLVII.

ad n. 4684. Extat delineata ab Antonio Sangallo in tabula musei Florentini n. 2093.

ad n. 4685. Naudaeus apud Donium ms. f. 18 collocat Reate, non Romae; varia lectio exemplaris Doniani editi cum scripto concordat exceptis his: 8. 9 C·L·VRSS·VI — 10 TROG

ad n. 4689. Naudaeus apud Donium ms. f. 20 collocat Reate apud M. Aurelium Carolum.

ad n. 4694. Extat delineata ab Antonio Sangallo in tabula musei Florentini n. 2083.

ad n. 4695. Codex Barberinus XXX, 92 f. 34 sic: 'in ecclesia cathedrali'. D·VALERIO·MARTIALI | Q·HONORIVS·HONORATVS | VI·VIR·AVG·PATRI | PISSIMO·POSVIT

ad n. 4699. Holstenius, qui vidit a. 1649, refert ipse in codice Dresdensi F 193 f. 90' (inde Lanciani *acque* n. 438) sic: SALLVS·TIANVS·REIP·R·S·F

ad n. 4702. Naudaeus apud Donium ms. f. 19 exhibet sic:

D · M
L · ACCIVS · C
M · L · D I O
M · ACCIVS · C · F
5 QVI
IN · FRONTE · P · XX

2 videtur requiri C·ACCIVS

ad n. 4705. Delenda utpote urbana; v. add. ad n. 427*.

ad n. 4706. Naudaeus apud Donium ms. f. 20, omittens v. 1, legens 2 PAPPAEO.

ad n. 4707. Piedilugo in domo Pianciani nuper descripsit Helbig:

Γ · AVEIVS · AP · F
AVEIA · P · L · SVRA
C · AVEIVS · P · F · QVIR V
EX · TESTAMENTO
5 ARBITRATV · L · OPPI · L · F · QVI

Edidit Sordini cum n. 4677 a, legens 4 P·AVEIVS·AT·1... , 2 fin. 3 fin. hiatum significans. — 1 videtur esse AP·F.; sequebatur fortasse tribus.

ad n. 4708. Naudaeus apud Donium ms. f. 18.

ad n. 4711. 4713. 4714. Delendae utpote urbanae; v. add. ad n. 427*.

ad n. 4716. Reperitur item delineata ab Antonio Sangallo in tabula musei Florentini n. 2083. Versus ibi aliter distribuuntur, auctorque certe in reliquis suis versuum antiquum ordinem retinuit. Legit 6 QVA — 9 omisit.

ad n. 4717. Naudaeus apud Donium ms. f. 18, collocans in domo Victorinorum. — 2 non differt. — 4 F]Q

ad n. 4723. 4724. Delendae utpote urbanae. Vide add. ad n. 427*.

ad n. 4729. Ed. Sordini cum n. 4677 a, omittens 1 in. c.

ad n. 4734. 6 scr. XX pro xx secundum Naudaeum ms. l. c.

6354 fistula plumbea; traditur cum n. 4699.

M · MARIVS · CRESCENTIANVS

Holstenius qui vidit a. 1649 cod. Dresd. F 193 f. 90' (inde Lanciani *acque* n. 439).

XCIX. Collescipoli. Stroncone (p. 451).

ad n. 4756. Sero intellexi titulum referri et apud Liliam cod. Guelf. bipertitum, scilicet vv. 1. 2. 3 loco non adscripto f. 6' (inde per Langermannum Reines. 12, 54, collocans Bononiae), vv. 4—13 f. 77' sub praescriptione 'Umbriae' (inde Reines. 17, 141) et eodem exemplo tam apud Petrum Victorium adscriptum ad Plinii epistularum editionis Romanae a. 1499 exemplar hodie adservatum in bibliotheca publica Monacensi quam inter Metelliana cod. Vat. 6040 f. 11' sub praescriptione 'Stronchoni in S. Georgio in loco (loco om. Met.) campestri'. Varia lectio haec est: D·M·praem. Lil. — 2 PIENISS Lil. — 3 inserit post EVPLIA Lil. — 4 GENITRICE Lil. — 5 HOSTIA Lil. — VITRIVS Lil., VIBRIVS Met. Vict. — FLVIT] ELLIVT (sic) Lil., CLVIT Met. Vict. — 6 CIRCILE Vict., CIRCITE ex CIRCILE Met., CIRCINE Lil. — 7 ORE Lil. — 8 MILLES Lil. — 9 CARVIT EATVM Lil. — 10 ET] AC Lil. Met. Vict. — 11 HAELVCST Vict., HAELVCSI (sic) Met., ACTVM EST Lil. — VALET Lil. — 12 AMPLIVS] IAM PLVS Lil.

6355 in sacello S. Mariae Cerrete non longe a Colliscipio.

IN AGR · P · XII
MILARIONI

Anonymus apud Manutium cod. Vat. 5241 p. 563.

6356 in sacello S. Ioannis in finibus Interamnae et Colliscipii.


T RVSTIO SCaEVAe
T RVSTIO AGILLIONI
T RVSTIO · T · T · L ·

Anonymus apud Manutium cod. Vat. 5241 p. 563.

1 TRVTIO SCEVA traditur. — In fine hiatus non indicatur.

C. FORVM NOVVM (p. 453).

ad n. 4780. Ectypum misit Guardabassius:

D · N · M · ANTONI
GORDIANI
PII · FEL · AVG


Itaque iam constat deficere in principio Sabiniae Tranquillinae nomen. Victorius quod legit PII F AVG FORONOVARIII NVMINI MAIESTATI Q EORVM cum neque cum vestigiis quae supersunt satis conveniat et hiatus inter F et AVG indicet iam ante lapidem damnatum passum esse, haud scio an ex coniectura profectum sit audaci magis quam probabili.